

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber Florvm Beati Bernardi Abbatis Clarevallensis

Bernardus <Claraevallensis>

Augusta Vindelicorum, 1519

VD16 B 1923

Incipit liber Quartus.

urn:nbn:de:bsz:31-62161

la domine iniquitas. Sed parum est non nocere, etiam pderit & copiosius pderit dummodo iusticia sit in intentione, Christus in causa, apud quem patientia pauperū nō peribit in finem.

¶ Cap. XXX. De iudicio platoꝝ. De colloquio symonis & Iesu.

IN dero gerens iniqua: quid ni de ministerio iudicet. Coeleste tenet officium: angelus domini exercituum factus est tanquam angelus aut eligitur aut reprobat. Inuenta quippe in angelis prauitas districtius iudicet necesse est: & inexorabilius quam humana. Age ergo, quam iudicium graue his qui presunt, & potentes potenter tormenta patient. Ascendat superbia tua semper, sequere regem tuum. omne sublime videant oculi tui, festina multiplicare prebendas: in de ad archidiaconatus euola. Demum aspira ad episcopatum: ne ibi quidem requiem habiturus, quam sic itur ad astra. Quo progredieris miser: An ut ab altiore gradu sit casus grauior: Neque enim sic paulatim decides: sed tanquam fulgur in impetu uehementi quasi alter saethanas subito deijceris.

¶ Explicit liber tercius.

¶ Incipiunt capitula libri Quarti.

De infinita ambitōe clericorū. i.	De periculo clericorū.	xij
De promotione iuuenum ad ecclesiasticas dignitates. ij	De perueritate quorundam clericorum ac religiosorum	xij
De clericis qui puerfo ordine que runt ecclesiastica beneficia. iij	De intempantia monachorū.	xij
De clericis qui male deseruiunt ea quæ de ecclesijs habent. iij	De delicatis cibus monachorū.	xv
De clericis qui male expendunt redditus ecclesie. v	De nimio potu.	xvi
¶ Clerici nullius sunt ordinis vi	De precioso habitu.	xvij
De impudentia clericorū. vij	De superbis religiosi	xvij
De insolentia clericorū. viij	De negligentia abbatum.	xix
Quomodo a singulis gñibus que delectat vsurpant clerici. ix	De ornamentis monasteriorū.	xx
De abominatōe clericorū. x	De sculpturis & picturis que fiunt in monasterijs.	xxi
Admonitio ad ipsos ut se corrigant. xi	De aduocatis.	xxij
	De appellationibus.	xxij
	De vsurpatōe appellationū.	xxij

¶ Explicit cap. lib. quarti

¶ Incipit liber Quartus.

¶ Cap. I. De infinita ambitione clericorū. In prima parte epistolarum, ad Henricum Senonensem episcopum.

L ij

Liber

Curritur in clero passim ab omni ætate & ordine: a doctis pariter & indoctis ad ecclesiasticas curas tanq̃ sine curis iã quisquis victurus sit: cum ad curas puenerit. Nec mirũ de his qui necdũ in semetipsis experti sunt. videntes quippe illos qui iam p̃prios humeros cupite sarcinẽ submiserunt: nõ solum non gemere tanq̃ sub onere: sed insuper appetere plus onerari: nõ deterrantur periculis / quẽ cupiditate cæcati non vident sed fauoribus amplius quos illis inuident puocant. O infinita semper ambitio & insatiabilis auaricia. Cum primos honorũ gradus meruerint in ecclesia: meruerunt aut̃ vel vite merito / vel pecunie / siue etiã carnis & sanguinis quẽ regnũ dei nõ possidebunt p̃rogatiua: nõ ideo corda quiescunt duplici semper æstuantia desiderio. quo vti q̃ magis ac magis & dilateñ in plura: & ad celsiora sublimeñ. verbi gratia. cum factus quis fuerit in quacũq̃ ecclesia decanus / p̃positus / archidiaconus aut aliquid hmõĩ: non contentus vno in vna: plures sibi immo quotquot valet conquirere honores sagit: tam in vna q̃ in pluribus. Quibus tamen omnibus si locus euenerit: libenter vnũ p̃ferret ep̃i dignitatem. Sed nunquid sic satiabitur: Factus ep̃iscopus: archiep̃us esse desiderat. Quo forte adepto: rursum nescio quid altius somnians laboriosis itineribus & sumptuosis familiaritatib⁹: romanũ statuit frequẽtare palaciũ: q̃stuosas sibi quasdã exinde comparans amicitias. Si lucri sp̃ualis gr̃a hæc faciũt: laudandus est zelus. sed p̃sumptio corrigenda.

¶ Cap. II. De promotione iuuenũ ad ecclesiasticas dignitates. In eadem epistola. vbi supra.

Meditantibus honores blandiunt: sed onera pensantibus tedio sunt atq̃ formidini. Non aut̃ omnes capiunt hoc verbũ. Multi enim non tanta fiducia & alacritate current ad honores: si esse sentirent & onera. Grauari p̃fecto metuerent: nec cũ tanto labore & periculo quarũlibet affectarent infusilas dignitatũ. Nunc vero quia sola attendit gloria & non pœna: purum esse clericũ erubescit in ecclesia. se q̃ viles æstimant & inglorios: qui quocunq̃ eminentiori loco non fuerint sublimati. Scholares pueri & impubes adolescentuli ob sanguinis dignitatem promouent̃ ad ecclesiasticas dignitates: & de sub ferula tranferuntur ad principandũ presbyteris. lætiores interim q̃ virgas eua

serint quod meruerint principatum, nec tam illis blandit adeptum / quod adeptum magistratum. Et hoc quidem in initio: Processu vero temporis paulatim insolescentes: docti sunt in breui vendicare altaria, subditorum marsupia vacuare, magistris nimirum in hac disciplina utentes idoneis, ambitione & avaricia. Nec dicimus quamcumque aetatem dei gratie prematuram, sicut nec seram, cum multos videamus iuniorum super senes intelligere: moribus antiquare dies: preuenire tempora meritis: quod aetati deest / compensare virtutibus. Boni pueri qui quod aetate vident: esse student in malicia. Malicia inquam sed non sensu: quorum nemo contemnat adolescentiam, Meliores bonae indolis adolescentes: inueteratis dierum malorum. Puer centum annorum maledictus erit: & est e regione senectus venerabilis non diuturna neque annorum numero computata. Bonus puer Hieremias qui ante sanctificatus est natus: cum se excusaret de puericia: nihilominus constitutus est super gentes & regna. Bonus quoque Daniel cuius spiritum suscitauit deus: ut convinceret iniqua iudicia: & sanguinem innoxium liberaret. Denique cani sunt sensus hominis, & aetas senectutis vita immaculata. Sicubi huiusmodi puer senex promotus inuenitur / opus dei est: his qui tales non sunt mirandum non imitandum.

¶ Cap. III. De clericis qui puerbo ordine querunt ecclesiastica beneficia. De colloquio symonis & iherosolimitani.

Quis ea intentione gradus ecclesiasticos & mysteria sanctuarum querit immo querit, queri nempe est querere ipse debuerat, ut sine seculi curis in sanctimonia cordis & corporis illuminandus accedat ad dominum: & suam pariter proximorum operetur salutem: orationis studio deditus & verbo predicationis. Nam si eo querit aut tenet animo / eoque intuitu ut huic vite habeat necessaria: euangelizat ut manducet, & puerbo nimis ordine: coelestibus terrena mercatur. Quam certe dignius ampliusque consentaneum rationi: ut pro carnali vicio / carnalia magis opera & negocia exerceret: nec fieret inuersor rerum / aut in honorem ministerium spirituale. Sed modico est natura contenta: nec multi sola in his necessaria querunt, quippe minori facile satis obtinenda periculo, honore incedere volunt: placere student hominibus: litari & superbire & huic saeculo conformari. Audi que

relas domini: quid super hac tanta temeritate hominū loquatur. Ipsi inquit regnauerunt & nō ex me. principes extiterunt: & ego nō vocaui eos. Vniuersos siquidem in ordinibus ecclesiasticis ceterisq; ad sanctuariū ptinentibus/honorem querentes propriū: aut diuitias: seu corporis voluptatem postremo que sua sunt nō que Iesu Christi: manifeste prorsus & indubitanter nō ea que de us est caritas: sed aliena a deo & omniū radix malorū cupiditas in troduxit. Quid istud temeritatis: imo quid insanie est: Vbi timor dei. Vbi mortis memoria, Vbi gehenne metus: & terribilis expectatio illa iudicij: Sponsa nec cubiculū nec cellam ingredi nisi rege introducente p̄sumit. tu irreuerenter irruis: nec vocatus nec intro ductus. Trahe me post te (ait illa) in odore vnguentoꝝ tuorū cur rimus. Nunc aut̄ trahit sua queq; voluptas. & odorē turpis lucri sectantes: q̄stum æstimāt pietatem. quorū damnatio iusta est.

¶ Cap. IIII. De clericis qui male deseruiunt. ea que de ecclesijs habent. vbi supra.

VE tibi derice. Mors in olla. Mors in ollis carniū. Mors in hmōi delicijs est. Non quia secus introitū delectationis posita esse cognoscit: sed ob id maxime quia populi constat esse peccata que comedis. Sumptus ecclesiasticos gratis habere tereputas cantando (vt aiunt) bona tibi puenire videntur: sed bonū erat fodere magis aut etiā mendicare. Peccata em̄ populi comedis ac si propria tibi minus sufficere viderent. Sollicitus esto tanq; redditurus rationem: dignos pro eis gemitus funderē: dignos agere poenitentie fructus. Alioquin tibi noueris imputanda: que modo inter delicias comedis & paruipendis: & dissimulas tanq; nihil attinentia tibi. O iudicioꝝ dei abyssus multa. O terribilis deus in consilijs super filios hominū. frustra incipient miseri dicere montibus cadite super nos: & collibus operite nos. Venient ante tribunal Christi. Audiēt populorū querela grauis: accusatio dura: quorū vixere stipendijs nec diluere peccata, quibus facti sunt duces cæci: fraudulentii mediatores. Quid tibi insipientis delicie sapiunt: quid diuitie ille oblectant oculos quibus mercaris tam graue iudiciū: tam dure temetipsum obligas rationi: Vni uersa quidem vsq; ad quadrantem nouissimū exigeris. Sed esto. In epistola ad fulconem lingonensem puerū. Surgis ad vigilias. va

dis ad missas. horis chorū nocturnis: diurnisq; frequentas. Bene facis. Sic ecclesie p̄bendam nō accipis gratis. Dignū est vt qui altario deseruit: de altario viuat. De colloquio symonis & Iesu. Vt uat de altario in c̄p̄. Non superbiat/nō luxuriēt/nō ditetur. non in clericatu diues ex paupere fiat: ex ignobili gloriosus. Nō sibi de bonis ecclesie ampla palacia fabricet: nec loculos inde congreget/nec in vanitate aut supfluitate dispergat. Non extollat de facultatibus ecclesie consanguineos suos: aut nepotes. ne filias dixerim/nuptui tradat. In epla ad fulconem lingonensem puerū. vbi supra Concedit ergo tibi vt si bene deseruis: de altario viuas. Non aut vt de altario luxuriēris: vt inde compares tibi fræna aurea: fellas depictas: calcaria de argentata: varia griseaq; pellicia. a collo & manibus ornatu purpureo diuersificata. Deniq; quicquid præter necessarium victum ac simplicem vestitum de altario retines: tuum non est. rapina est. sacrilegium est.

¶ Cap. V. De clericis qui male expendunt redditus ecclesie. De colloquio Symonis & Iesu. vbi sup̄.

Res pauperū non pauperibus dare: par sacrilegij crimen esse dinoscit. Sane patrimonia sunt pauperū facultates ecclesiarū: & sacrilega eis crudelitate surripit q̄cqd sibi ministri & dispensatores nō utiq; vel possessores vltra victū accipiunt & vestiū. Necem ordinauit deus his q̄ euāgelio seruiūt & de euāgelio trere diuitias vel ornatū: sed viuere ex eo. vt videlicet sint contenti alimento corpis nō gulę irritamenta/aut incentiua libidinis. & q̄bus tegant: nō quibus ornent accipe. Sane qui nō fideliter introiuit. neq; per Christū: quid ni infideliter agat & contra Christū? Manifestā sine dubio faciet arborem fructus. radicem palmes. opus intentionem: faciet ad quod venit vt mactet vitę q; & disperdat. Quando enim altario seruiat qui eiusmodi est: seruiat aut in spiritu & veritate. Aut quando poterit necessarijs contentus esse qui eo animo introiuit: vt stipendia cleri in voluptatis/curiositatis congregat vsū/seruet/expendat. Triplex ergo funiculus qui difficile rumpit: hominem miserū in perniciem trahit. qui impure intrat indigne ministrat: sed & ipso fructu abutiē tpali.

¶ Cap. VI. Q. clerici nullius sunt ordinis. In libro tercio de consideratione.

Liber

Quid sibi vult q̄ clerici aliud esse: aliud videri volūt: Nemp̄e habitu milites: questu clericos: actu neutrū exhibent. Nam neq̄ pugnant vt milites, neq̄ vt clerici euangelicāt Cuius ordinis sunt? Cum vtriusq̄ esse cupiunt: vtrūq̄ deserūt: vtrūq̄ confundūt. Vnusquisq̄ inq̄t in ordine suo resurget. Isti in quo? An qui sine ordine peccauerunt: sine ordine peribunt? Aut si summe sapiens deus veraciter credit̄ a summo vsq̄ ad deorsum nihil inordinatū relinquere: vereor nō alibi ordinandos q̄ vbi nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. O miserandam sponsam talibus creditā paranimphis: qui assignata cul tui eius pprio retinere questui non verent̄. Non amici profecto sponsi: sed emuli sunt. De colloquio symonis & Iesu. Heu data est pudentia eorū in occasionem carnis. & qui sibi pariter & alijs in caelo tabernacula aeterna parare debuerant: in terra coniungūt domū ad domū: & copulant agrum agro. Quis rapuit ab ore apostolorum temporis huius verbū gratiae. fiduciaē verbū. Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te: Ecce enim vt populus sic & sacerdos. Similiter volunt diuites fieri: similiter immo & abundantius ipsam his p̄ripiunt consolationem. Similiter amicis egent & ipsi: vt in aliena tabernacula recipiant: vt pote ppria nō hñtes.

¶ Cap. VII. De impudentia clericorum. In libro de colloquio Symonis & Iesu, vt supra.

Cum impudentia & frōtositas cor hominis obdurauerit: vt non pauet nō horreat nō contremiscat: ea iam demū desperatio est. Quid enim? Horū sibi conscius homo tanq̄ iusticia fecerit: diuino sese vultui sistere non veret: tanq̄ domesticus intrat. exit. magistrū salutat. genua flectit: osculat̄ ore sacrilego. Dolose agit sed in conspectu dei: vt inueniat̄ iniquitas eius ad odiū. Odibilis plane deo frontosa temeritas & impudentia execranda. Propter quod enim irritauit impius deū/exacerbauit dominū peccator: vt scđm multitudinem irae suae non querat. Non p̄pter fornicationes/incestus/sacrilegia. Nihil eorum memorat p̄pheta. sed q̄ in corde suo dixerit. nō requireret. Sermo cordis affectio est: & dicere nō requireret nō expauescere requisitur̄. Haec impietas cui scđm multitudinem irae suae miseret̄ deus. nec querit/ nec arguit/ nec flagellat/ nec vlcisitur in adiuuentiones eorum. sic

aut de Moyle & Aaron & Samuele legimus: quibus nimirum propicius fuit.

¶ Cap. VIII. De insolentia clericorum. Ad Innocentiū papā.

In solentia clericorum ubique terrarum turbat & molestat ecclesiam. alienis nimirum laboribus locupletantur clerici. comedunt fructus terrarum absque pecunia. & prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Mens quippe assueta delicis nec ex culta discipline sarculo multas contrahit sordes. In colloquio symonis & Iesu. Veve in domo dei horrendum videmus. Quid ni idolatras ministrantes? Mentior si non idolotum seruitus avaricia est. si non quibusdam etiam venter suus factus est deus suus. Quod enim quisque pro ceteris colit: id sibi deum constituisse probat. Quantos sane videmus qui christo domino non seruiunt: sed suo ventri: quantos qui diligunt munera sequuntur retributionem vendunt sacramenta: iusticiam produnt: quorum guttura necdum traxit ad laqueum necdum profocauit fauces verbum blasphemie / vox sacrilega / sermo nequam: quid vultis mihi dare: & ego vobis eum tradam: Fornicatio in multis clericis etiam & multipliciter regnat. qui puritatis auctori impuro corde & corpore ministrantes: non verentur stare angelum domini qui fecerit medios & disperdat. sed omnino audent agni immaculati sacras contingere carnes: & intingere in sanguinem saluatoris manus nepharias. quibus paulo ante carnes prohdolor meretricias attraxerunt: sic altaria circuire: sic frequentare psalmos. cum & eiusmodi laus execrabilis & oratio sit in peccatum. Manifesta loquimur: & que vix aliqui erubescant.

¶ Cap. IX. Quomodo a singulis generibus hominum quod delectat usurpant clerici. De colloquio symonis & Iesu. ubi supra.

Habent singula queque hominum laboris aliquid. aliquid voluptatis. Sed aduertere est prudentiam aliquorum & mirari. quemadmodum nouo inter haec artificio discernentes & abinuicem sequestrantes ea: totum quod delectat eligunt & amplectuntur: quod molestum est fugiunt & declinant. Cum militibus nempe superbie fastus: amplam familiam: nobiles apparatus equorum faleras / accipitres / aleas: & similia queque frequentant. Aliqui forte dispendentes a collo rubricatas murium pelles / ornatos thalamos: baltea & molliciem omnem atque gloriam vestium a mulierculis

mutuant: caute omnino lorice pondus & insomnes in castris motes incertaq; discrimina prelor: muliebremq; verecundiam & disciplinam: aut si quid sexus ille laboris habere creditur declinantes. Sudant agricolę: putant & fodiunt vinitores, & qui inter hec torpent ocio accedente fructu tempore: innouari sibi orrea iubent: & promptuaria eorū plena. Vinā non pre illis: vtinā vel cū illis. Viuunt tritico: bibunt vū sanguinem meracissimū. Parū est impinguant & dilatant adipe frumenti: herbarū succis peregrinū mutantur saporem: & additur oleū camino. Sed considera & negociatores. Circueunt mare & aridam in labore corporis & periculo vite: perituras sibi diuitias congregantes. Dura sunt hæc, caueant prudentes nostri, dulces interea capiunt somnos: ne dicam in stratis lasciuiant suis. Erit tamen inuenire in die festo graues vasis aureis & argenteis ministrorū dextras: refertas varijs opibus manticas perticas oneratas: in scrinijs tam multiplices oculos: vt si mentas adhibueris/numularios putes. Quid fabros: aut cementarios: cæterosq; eiusmodi operarios: necesse est numerare. Victum sibi multo labore querunt, illi madent delicijs, copijs affluunt ocio. Cum resurgere ceperint homines vnusquisq; in suo ordine: vbi putas generatio ista locabit. Si ad milites forte diueterint exsusflabunt eos q; minime secū laborem aut pericula tolerarint. Sic agricolę: sic negociatores & singuli quicq; ordines hominū a suis eos similiter arcebunt finibus: vtpote qui in hominū labore non fuerint. Quid ergo restat nisi vt quos omnis ordo repellit pariter & accusat, eum fortiantur locum vbi nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat.

¶ Capitulum. X. De abominatione clericorum.

In sermone primo ad clericos cap. xxviij.

Dilatata videtur ecclesia, ipse etiam cleri sacratissimus ordo super numerū multiplicatus est. Verum si multiplicastis gentem domine nō magnificasti laticiam: dum nihil minus appareat decessisse meriti/ q̄ numeri accessisse. Curritur passim ad sacros ordines, & reuerenda ipsis quoq; spiritibus angelicis ministeria homines apprehendunt, sine reuerentia, sine consideratione. Neq; em̄ signū regni occupare cœlestis/ aut illius timent imperij gestare coronā: in quibus auaricia regnat/ ambitio impe-

rat/dominaſt ſuperbia/ſedet iniquitas,luxuria enim principat̄. in
 quibus & peſſima forte appareat intra parietes abominatio ſi iux
 ta Ezechielis prophetiā parietem fodiamus vt in domo dei videa
 mus horrendū. Siquidem poſt fornicationes/poſt adulteria/poſt
 inceſtus: ne ipſe quidem apud aliquos ignominie paſſiones & tur
 pitudinis opera deſunt. Vtinā non fierent que vſq; adeo nō con
 ueniunt.vtinā nec nos dicere oporteret.vtinā nec dicentibus crede
 retur: q̄ humanū aliquando occupauerit animū tam abominan
 da cupido. Heu genus electū: regale ſacerdotiū. gens ſancta: po
 pulus acquisitionis. quis inter tua illa primordia tam diuina &
 ſpiritualibus affluentem carismatibus chriſtiane religionis ortum
 credere poſſet: poſſe talia in te aliquando reperiri? Ingediunt cū
 hac macula taberna culū dei viuētis: inhabitant cum hac macula
 templū ſanctū domini polluentes.iudiciū multiplex accepturi q̄
 tam grauiffimas conſcientias gerunt: & nihilominus ſeſe ingerūt
 in ſanctuariū dei. Tales enim nō modo & non placant deū: ſed &
 magis irritant. Irritant plane & inſenſum reddunt ſibi: vereor ne
 & his quibus eum ꝑꝑiciare debuerant. Vtinā qui continere non
 valent: ꝑꝑfectionem temerarie ꝑꝑficere/aut coelibatui dare nomina
 vereantur. Eſſet ſiquidem ſine dubio melius nubere q̄ vri: & ſal
 utari in humili gradu fidelis populi: q̄ in deri ſublimate & dete
 rius vitare/& diſtictius iudicari. Multi enim libertatem in qua
 vocati ſunt in occaſionem carnis dediſſe vident̄. abſtinentes reme
 dio nuptiali:& in omne deinceps flagitiū effluentes.

¶ Cap. XI. Admonitio ad ipſos clericos vt ſe cor
 rigant.vbi ſupra cap.xxix.

P Arcite obſecro fratres: parcite animabus veſtris. Parcite ſan
 guini qui pro vobis effuſus eſt. Horrendū cauete periculū:
 ignem qui paratus eſt deſinate. Inueniat tamen nō irriſo
 ria ꝑꝑfeſſio ꝑꝑfectionis: exhibeat etiam virtus in ſpecie pietatis.
 nō ſit inanis coelſbis vite forma & vacua veritatis. Quid ni pericli
 taretur caſtitas in delicijs/veritas in multiloquio / caritas in hoc
 ſæculo neq;: Fugite de medio babylonis fugite & ſaluate animas
 veſtras. Conuolate ad vrbes refugij: vbi poſſitis & de ꝑꝑteritis age
 re ꝑꝑnitentiā/& in ꝑꝑſenti obtinere gratiā/& futurā gloriā fidu
 cialiter ꝑꝑſolari. Non vos retardet conſcientia ꝑꝑccatoꝝ: quia vbi

M ij

illa abundauerunt: sup abundare gratia consuevit. Non poeniten-
tia austeritas ipsa deterreat. Neq; enim condigne sunt passionis
ad preterita culpam que remittit. non ad presentem consolationis
gratia que immittit. non ad futura gloria que promittit nobis.
Si verbis non creditis: operibus credite. exemplis acquiescite plu-
rimorum. Currunt vndiq; peccatores ad poenitentia: & natura pa-
riter & consuetudine delicati exteriorem omnino asperitatem non
reputant. vt exasperate conscientie leniant. Nil credentibus impos-
sibile: nil amantibus difficile: nil asperum mitibus: nil humilibus ar-
duum reperitur quibus & gratia fert auxilium.

¶ Cap. XII. De periculo clericorum. Sup can. ser. xxij.

PAuendum valde quod in propheta legimus: vbi loquens ad an-
gelos suos deus/sic ait. Misereamur impio. Quibus pauen-
tibus atq; querentibus: non ergo discet facere iusticia? Non
inquit. Subdensq; causam. in terra ait sanctorum iniqua gessit: &
non videbit gloria domini. Timeant cleric. timeant ministri eccle-
sie. qui in terris sanctorum quas possident tam iniqua gerunt: vt sti-
pendijs que sufficere debeant minime contenti: superflua quibus
egeni sustentandi forent: impie/sacrilegeq; sibi retineant: & in
vlus sue superbie atq; luxurie victum pauperum consumere non ve-
reantur. Duplici pfecto iniquitate peccantes q; & aliena diripi-
unt: & sacris in suis vanitatibus & turpitudinibus abutunt. In la-
bore inquit hominum non sunt: & cum hominibus non flagellabunt.
ideoq; tenuit eos superbia: ne humiliant ad poenitentia sed dam-
nentur ppter superbia cum superbo diabolo & angelis eius. Nam
qui in labore hominum non sunt: in labore pfecto demonum erunt.

¶ Cap. XIII. De peruersitate quorundam monachorum.
super euangelium Missus est. Omelia. iij.

Non est magnus esse humilem in abiectioe magna pro-
sus & rara virtus humilitas honorata. Si me miserum ho-
muntionem meis decepta simulationibus ad aliquem vel
mediocrem honorem puexerit ecclesia: deo nimirum hoc vel ppter
mea vel subditorum peccata pmittente: nonne statim oblitus qui fu-
erim: talem me puto qualis ab hominibus qui cor non vident puta-
tus sum? Credo fame. conscientiam non attendo. & reputans non
honorem virtutibus sed virtutes honori: eo sanctiorem quo su-

periolem me aestimo. Videas plerofq; in ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos subito intumescere; pristina obliuisci abiectionis, genus quoq; suū erubescere; & infimos dedignari parentes. Videas & homines pecuniosos ad honores q̄sq; ecclesiasticos puolare: moxq; sibi applaudere sanctitatem, vestitum duntaxat mutatione: nō mentiū, & dignos se aestimare dignitate: ad quā ambiendo puenerunt, quodq; si audeo dicere adepti sunt nummis: attribuire meritis. Omitto autē de his quos excecat ambitio, & honor ipse superbiendi eis materia est. Sed video (quod magis doleo) post spretā saeculi pompā nonnullos in schola humilitatis superbiā magis addiscere: ac sub alis mitis humilifq; magistri grauius insolescere; & impatientes amplius fieri in claustro q̄ fuissent in saeculo. Quodq; magis peruersum est: pleriq; in domo dei nō patiuntur haberi contemptui: qui in sua nō nisi contemptibiles esse potuerunt, vt quia videlicet vbi a pluribus honores appetunt: ipsi locū habere nō meruerunt: saltem ibi honorabiles videantur: vbi ab omnibus honores contemnunt. Video & alios quod nō sine dolore videri debet post aggressam Christi militiam rursus saecularibus implicari negocijs: rursus terrenis cupiditatibus immergi, cū magna cura erigere muros & negligere mores, sub p̄textu quoq; cōmunis utilitatis verba vendere diuitibus & matronis salutationes, concupiscere aliena; & sua cū lite repetere, ita ne mundū sibi & se mundo crucifixerunt, vt qui antea vix in suo vico vel oppido cogniti fuerant: modo circūeuntes puincias & curias frequentantes: regū noticias/principū familiaritates/asscuti sunt. Nec aliunde hęc omnia mala contingunt nisi q̄ illam qua saeculū deseruimus humilitatem deserentes: dū per hoc cogitant inepta denuo sectari studia saecularium: canes efficitur reuertentes ad vomitum.

¶ Cap. XIII. De intemperantia monachorū. In lib. apologetico, alias in libro beati Bernardi q̄ intitulat̄ de cōcordantia statuū religiosorū q̄ p̄ tpe suo erāt.

Nullus ordo quippiā recipit inordinatū. Quod vero inordinatum est: ordo nō est. Vnde non aduersum ordinem sed pro ordine disputare putandus ero: si nō ordinem in hominibus: sed hominū vicia reprehendo. Dicitur & veraciter

M iij

creditur sanctos patres monachorum vitam instituisse. & ut in ea
 plures saluarent: vsq; ad infirmos regulę temperasse rigorem: nō
 regulā destruxisse. Absit autē ut credam tantas eos quantas vide-
 mus in plerisque monasterijs vanitates ac sup̄fluitates p̄cepisse vel
 concessisse. Miror etenim vnde inter monachos tanta intemperan-
 tia in comestationibus & potationibus: in vestimentis & lectister-
 nijs: & equitaturis: & constituendis ædificijs inolescere potuit.
 quatinus vbi hæc studiosus/voluptuosus atq; effusus fiunt:
 ibi ordo melius teneri dicatur: ibi maior putetur religio. Ecce em̄
 paritas putat̄ auaricia, sobrietas austeritas creditur, silentiū tristi-
 tia reputat̄. Econtra remissio discretio dicitur, effusio liberalitas,
 loquacitas/affabilitas/cachinnatio/iocūditas/mollicies vestimen-
 torum/& equorum fastus honestas, lectorū superfluus cultus/mū-
 dicia. Cunctq; hoc alterutrū impendimus caritas appellat̄. Ista cari-
 tas destruit caritatem. Hæc discretio discretionem confundit. Ta-
 lis misericordia crudelitate plena est: qua videlicet ita corpori fer-
 uitur: ut anima iugulet̄. Quę etenim caritas est & carnem dilige-
 re: & negligere spiritū. Quę vero discretio totum dare corpori: &
 animę nihil. Qualis vero misericordia ancillam reficere: & domi-
 nam interficere. Nemo pro hmōi misericordia speret se consequi
 misericordiā: quę misericordibus promittit̄. Inordinata p̄fecto
 atq; irrationabilis misericordia est sterilis & infructuosę carnis
 adimplendis inuigilare desiderijs. Bona misericordia miserere ani-
 mę tuę, nec potes nō mereri misericordiā: qua fit ut placeas deo.
 Alias autē non est misericordia sicut iam dixi, sed crudelitas, nō est
 caritas sed iniquitas, nō est discretio sed confusio: inutlis carnis cō-
 cupiscentijs inseruire: & animę excolendis virtutibus nullā operā
 dare. Sub hac tamen abusione iam fere vbiq; sic pro ordine tenet̄:
 fere iam ita ab omnibus sine querela atq; irreprehensibiliter ob-
 seruatur quanq; dissimiliter. Nonnulli quippe his omnibus tan-
 q; non videntes vtunt̄. & ideo aut cū nulla offensa aut cū minima.
 Aliquantū quippe hæc agunt ex simplicitate: aliquanti ex caritate:
 aliquanti ex necessitate. Quidā nanq; simpliciter ista tenent, qm̄
 sic eis p̄cipit̄, parati aliter agere si aliter p̄cipere. Quidam autē
 ne discorditer ab eis vivant cū quibus habitant: sectantes in his
 non suā libidinem: sed aliorū pacem. Alij vero quia resistere nō va-

lent multitudini contradicentiū: qui hæc vtiq; tanq; pro ordine libera voce defendunt, & quotiens illi aliqua prout ratio dicitur, restringere vel mutare incipiunt; illi mox tota auctoritate resistunt,

¶ Cap. XV. De delicatis cibus monachorū. vbi sup̄.

Quis in principio cum ordo incepit monasticus ad tantā crederet monachos inertiam deuenire? O quantū distam⁹ ab his: qui in diebus Antonij extitere monachi. Si quidem illi cum se inuicem per tempus ex caritate reuiserent: tanta abinuicem aueritate panem animarū percipiebant: vt corporis cibū penitus oblitū: diem plerūq; totum ieiunis ventribus: sed nō manibus transigerent. Et hic erat rectus ordo: quando digniori parti prius inserviebat. Hæc summa discretio. cū amplius sumebat quæ maior erat. Hæc deniq; vera caritas: vbi animæ (quarū caritate Christus mortuus est) tanta solitudine resocillabantur. Nobis autē conuenientibus in vñ (vt verbis apostoli vtar) iam nō est dominicā cenā manducare. Panem quippe cœlestem nemo qui requirat, nemo qui tribuat. Nihil de scripturis nihil de salute agitur animarū, sed nugæ & risus & verba proferunt in ventum. Inter prandendū quantū fauces dapibus: tantū aures pascunt rumoribus, quibus totus intentus: modū nescias in edendo. Interim autē fercula ferculis apponunt. & pro solis carnibus a quibus abstinetur: grandia pisciū corpora duplicant. Cunctq; prioribus fueris satiatus: si secundos attigeris: videberis tibi necdū gustasse priores. Tanta quippe accuratione & arte coquorū cuncta apparatus: quatinus quatuor aut quinque ferculis deuoratis, prima non impediant nouissima: nec satietas minuat appetitū. Palatū quippe dum nouellis seducti condimentis: paulatim dissuescunt cognita: & ad succos extraneos veluti adhuc ieiunū auide renouat in desideria. Venter quidem dum nescit onerari: sed varietas tollit fastidium. Quia enim puras vt eas natura creauit epulas fastidimus: dum alia alijs multifarie permiscunt: & sprete naturalibus quos deus indidit rebus: quibusdā adulterinis gula puocat saporibus: transitur nimirū meta necessitatis: sed necdū delectatio superat. Quis enim dicere sufficit quot modis (vt cætera taceā) sola oua versant & vexant: quanto studio euertunt / subuertunt / liquant / durant / diminuunt: & nunc quidem friza / nunc alla / nunc farfa

Liber

nunc mixtim: nunc sigillatim apponunt. Vt quid autē hęc omnia: nisi vt soli fastidio consulat? Ipsa deinde qualitas rerū talis deforis apparere curat: vt non minus aspectus q̄ gustus delectet. vt cum iam stomachus crebris ructibus repletū se indicet: necdum tamen curiositas fatiatur. Sed dum oculi coloribus/palatū saporibus/illidunt: in cœli stomachus cui nec colores lucent/nec sapes res demulcent: dum omnia suscipere cogitur/oppressus magis obruitur q̄ reficitur.

¶ Cap. XVI. De nimio potu. In li. apologetico. vbi sup̄.

Iam vero de aque potu quid dicam q̄ nullo quidem pacto vinum limphatū admittit? Omnes nimirū ex quo monachi sumus: infirmos stomachos habemus: & tam necessarium apolitoli de vtendo vino consiliū merito nō negligimus: modico tamen (quod ille p̄misit) nescio cur p̄termisso. Et vitnā vel solo tūc cum etiam purū est: contenti essemus. Pudet dicere: sed magis pudeat actitari. Et si pudet audiri: non pudeat emendari. Videas vno in prandio ter vel quater semiplenū calicem reportari. quatinus diuersis vinis magis odoratis q̄ potatis: nec tam haustis q̄ tactis: sagaci p̄batione & celeri cognitione: vnū tandem e pluribus q̄ fortius est eligatur. Quale est autē illud quod nonnulla monasteria ex more obseruare dicunt: in magnis videlicet festis vina delibuta melle pigmento: resperfa pulueribus: in conuentu bibere? Nūquid & hoc fieri dicemus p̄pter infirmitatem stomachi? Ego vero ad nihil aliud valere video: nisi vt vel amplius bibat vel delectabilius. Sed cū venē vino fuerint ingurgitate: toto in capite palpitantes: sic surgenti a mensa quid aliud libet nisi dormire? Si autē ad vigilias indigestū surgere cogis: nō cantū sed planctū potius ex torquebis. Cum vero ad lectū deuenero: requisitus incōmodum plango. nō crapule peccatū: sed q̄ manducare non queo.

¶ Capitulum. XVII. De precioso habitu. In expositione super missus est. Omelia quarta.

Quid de ipso habitu dicam: in quo iam nō calor / sed color requirit: magisq̄ cultū vestrū q̄ virtutū insistit? Pudet dicere. Vincunt in suo studio muliercule. cū a monachis precitū affectatur in vestibus nō necessitas nec saltem forma religionis retenta in habitu: ornari nō amari appetunt milites

Christi, qui dum se p̄parare ad preliū & contra aereas potestates
 prætere paupertatis insigne debuerant quod utiq; aduersarij
 valde formidant / in mollide vestimentor; pacis potius p̄ferentes
 iudiciū: vltro se hostibus sine sanguine tradunt inermes. De con-
 cordia statuū religiosor;. Quærit ad induendū nō quod vtilius:
 sed quod subtilius inueniē, non quod repellat frigus: sed quod su-
 perbire compellat, nō deniq; iuxta regulā quod vilius comparari
 potest: sed quod venustius immo vanius ostentari. Heu me mise-
 rum qualem cūq; monachū, cur adhuc viuo videre ad id deuenis-
 se ordinem nostrū: ordinem scilicet qui primus fuit in ecclesia im-
 mo a quo cœpit ecclesia: quo nullus in terra similior angelicis or-
 dinibus: nullus vicinior ei q̄ in cœlis est hierusalem mater nostra,
 siue ob decorem castitatis: siue p̄pter caritatis ardorem, cuius apo-
 stoli institutores: cuius hi quos Paulus tam sepe sanctos appellat /
 inchoatores extiterunt. Fusi sumus nunc exterius: & de regno dei
 quod intra nos est electi relictis veris ac perennibus bonis, foris
 querimus vanā consolationem: & de vanitatibus & insanijs fal-
 sis: ac iam religionis antiquę nō solū virtutem amisimus: sed nec
 speciem retinemus. Ecce enim ipse habitus noster (quod & dolens
 dico) qui humilitatis solebat esse insigne: a monachis nostri tempo-
 ris in signū gestatur superbię. Vix iam in nostris puincijs inueni-
 mus: quo vestiri dignemur. Miles & monachus ex eodem panno
 partiunt sibi cucullā & clamidem. Quis de sæculo quantūlibet
 honoratus: etiam si rex / si imperator ille fuerit: non tamen nostra
 horrebit indumenta: si suo sibi modo p̄parata fuerint & aptata.
 Vanū cor vanitatis notam ingerit corpori: & exterior supfluitas
 interioris vanitatis indicium est. Mollia indumenta animi molliem
 indicant. Non tanto curaretur corporis cultus: nisi prius neglecta
 fuisset mens inculta virtutibus.

¶ Cap. XVIII. De supbis religiosis. In libro apologetico.

VE semel, & ve iterū pauperibus superbis. Ve inq; semel,
 & ve iterum portantibus crucem Christi: & nō sequen-
 tibus Christi: qui nimirū cuius passionibus participant
 humilitatem sectari negligunt. Duplici quippe contritione conte-
 runtur qui eiusmodi sunt: quādo & hic pro temporali gloria tem-
 poraliter se affligunt: & in futuro pro interna superbia ad æternā

N

Liber

supplicia pertrahunt. Laborant cum Christo: sed cum Christo non regnant. Sequuntur Christum in paupertate sua: sed in gloria non consequuntur. De torrente in via bibunt: sed non exaltabunt caput in patria. Lugent nunc: sed tunc non consolabuntur. Et merito. Quid enim facit superbia sub pannis humilitatis Iesu? Nunquid non habet quo se palliet humana malicia: nisi unde inuoluta est infantia saluatoris? Et quomodo intra presepium domini simulatrix arrogantia se coartat: ac pro vagitibus innocentie malum inibi detractionis immurmurat? An non illi superbissimi de psalmo quorum prodijt ex adipe iniquitas eorum, multo tutius operati sunt iniquitate & impietate sua: quam nos latentes sub sanctitate aliena? Quis enim magis impius: an profitens impietatem: an mentiens sanctitatem? Nonne qui etiam mendacium addens: geminat impietatem?

¶ Cap. XIX. De negligentia abbatum, ubi supra.

Miror cum regula dicat ad magistrum respicere quicumque a discipulis delinquit: & dominus per prophetam sanguinem in peccato morientium de manu pastoris requirendum esse minetur: quomodo abbates nostri talia fieri patiantur: nisi forte si audeam dicere, nemo fidenter reprehendit: in quo se esse irrehensibilem non confidit. Siquidem humanitatis est omnium: in quibus sibi quisque indulget: alijs non vehementer irasci. Dicam dicam: presumptuosus dicar: sed verum dicam. Quomodo lux mundi obtenebrata est? Quomodo sal terre infatuatum est? Quorum nobis vita via vite debuit esse: dum exemplum in suis actibus ostendunt superbiae: caeci facti sunt duces caecorum. Quod enim ut caetera taecum specimen humilitatis est: cum tanta pompa & equitatu incedere: tantis hominum crinitorum stipari obsequijs: quatinus duobus episcopis vnus abbatum sufficiat multitudo? Mentior si non vidi abbatem septuaginta equos: & eo amplius in suo ducere comitatu. Dicam si videas transeuntes non patres esse monasteriorum: sed dominos castellorum, non rectores animarum: sed principes prouinciarum. Tum deinde gestari iubent mappule, cippi, bacini, candelabra: & mantice suffarinate, non stramentis: sed ornamentis leculorum. Vix denique quatuor leucis a sua quispiam domo recedit: nisi cum tanta suppellectili sua, tanquam sit vel iturus ad exercitum: vel transiturus per desertum: ubi non valeant inueniri necessaria.

¶ Cap. XX. De ornamentis monasteriorum. ubi sup̄.

OMitto oratoriorum immensas altitudines; imoderatas longitudines: sup̄ uas latitudines: sumptuosas depolitiones: curiosas depictiones, quę dum in se orantium retorqueant aspectum: impediunt & affectum. & mihi quodammodo representant antiquum ritum Iudeorum, sed esto, fiant hæc ad honorem dei. Illud autem interrogo monachus monachos: quod in gentilibus gentilis arguebat, Dicite ait ille pontifices: in sancto quid facit aurum? Ego autem dico, Dicite pauperes, Non enim attendo verum: sed sensum. Dicite inquit pauperes, si tamen pauperes, in sancto quid facit aurum? Et quidem alia causa est episcoporum: alia monachorum. Scimus namque quod illi sapientibus & insipientibus debitores cum sint: carnalis populi deuotionem (quia spiritualibus non possunt) corporalibus excitant ornamentis. Nos vero qui iam de populo exiimus: qui mundi quęque preciosa ac speciosa pro Christo reliquimus: qui omnia pulcre lucentia: canore mulcentia: suauolentia: dulce sapientia: tactu placentia: cuncta denique oblectamenta corporea/arbitrati sumus ut stercore ut Christum lucrifaciamus: quorum quęro in his deuotionem excitare intendimus? Quem inquit ex his fructum requirimus: stultorum admirationem/an simplici oblationem? An quoniam commixti sumus inter gentes forte didicimus opera eorum: & seruiamus adhuc sculptilibus eorum? Et (ut apte loquar) an hoc totum facit auaricia quod est idolorum seruitus. & non requirimus fructum sed datum? Sed queris quomodo? Mihi inquam modo. Tali quadam arte spargitur æs ut multiplicet. Expandit ut augeat: & effusio copiam parit. Ipso quippe visu sumptuosarum sed mirandarum vanitatum accendunt homines magis ad offerendum quam ad orandum. Sicopes opibus hauriunt: sic pecunia pecuniam trahit, quia nescio quo pacto ubi amplius diuitiarum cernitur sibi offertur libentius. Auro tectis reliquijs signant, oculi & loculi aperiunt. Ostendit pulcherrima forma sancti vel sanctę altitudo: & eo creditur sanctior quo coloratur. Currunt homines ad osculandum: inuitant ad donandum, & magis mirantur pulchra: quam venerent sacra. Ponunt dehinc in ecclesia gemmatę non coronę sed rotę circumseptę lampadibus sed non minus fulgentes insertis lapidibus. Cernimus pro candelabris arbores qualdam erectas mul-

Liber

to æris pondere: miro artificis opere fabricatas: nec magis coruscantes superpositis lucernis quàm suis gemmis. Quid putas in his omnibus querit: poenitentium compunctio / an inuentium admiratio?

¶ Cap. XXI. De sculpturis & picturis que sunt in monasterijs. In libro Apologetico.

O Vanitas vanitatum. sed non vanior quàm infanior. fulget ecclesia in parietibus: & in pauperibus eget. Suos lapides induit auro: & suos filios nudos deserit. De sumptibus egenorum: seruitur oculis diuitum. Inueniunt curiosi quo delectentur: & non inueniunt miseri quo sustentantur. Vt quid saltem sanctorum imagines non reueremur: quibus utique ipsum quod pedibus conculcatur scetet pavementum: Saepe spuitur in ore angeli. Saepe alicuius sanctorum facies: calcibus tunditur transeuntium. Et si non sacris imaginibus: cur vel non parcius pulchris coloribus? Cur decoras quod mox foedandum est? Cur depingis quod necesse est conculcari? Quid ibi valent venustae formae: ubi puluere maculantur assidue? Denique quid hæc ad pauperes / ad monachos / ad spirituales viros? Nisi forte & hic aduersus memoratum iam versiculum propheticus ille responderetur. Domine dilexi decorem domus tue: & locum habitationis glorie tue. Assentio. Patiamur & hæc fieri in ecclesia. quia etsi noxia sunt vanis & auaritis: non tamen simplicibus & deuotis. Ceterum in claustris coram legentibus fratribus quid facit illa ridiculosa monstruositas: mira quaedam deformis formositas & formosa deformitas? Quid ibi immunde simiae: quid feri leones: quid monstruosi centauri: quid semi homines: quid maculose tigrides: quid milites pugnantes: quid venatores tubicinantes? Videas sub vno capite multa corpora: & rursus in vno corpore capita multa. Ceruitur hinc in quadrupede cauda serpentis: illic in pisce caput quadrupedis. Ibi bestia præfert equum. capram trahens retro dimidiam. Hinc cornutum animal equum gestat posterius. Tam multa denique tamque mira diuersarum formarum apparet ubique varietas: ut magis legere libeat in marmoribus quàm in codicibus. totumque diem occupare: singula ista mirando: quàm in lege dei meditando.

¶ Ca. XXII. De aduocatis. In primo lib. de consi.
Disputationes aduocatorum & pugnae verborum: magis ad subuersionem quàm ad inuentionem perficiunt veritatis. Hi

sunt qui docuerunt linguas suas loqui mendaciū: diserti aduersus iusticiā: eruditi pro fallitate. Sapientes sunt vt faciant malū, eloquentes vt impugnent verū. Hi sunt qui instruunt a quibus fuerant instruendi. Astruunt nō comperia sed sua, struunt de pprio calumnias innocentie, destruunt simplicitatem varietatis, obstruunt iudicij vias. Nihil ita absq; labore manifestam faciet veritatem: vt breuis & pura narratio.

¶ Cap. XXIII. De appellationibus. In lib. 3. de considera.

Magno in appellationibus & pio opus intuitu est: ne qđ magna fuit necessitate prouisum: male vtendo reddatur inutile. Mihi videtur & in multā posse eas deuenire perniciem: si non summo moderamine acriter. Formulā hanc iusticie p̄figit tibi & diuine incōmutabilis ratio æquitatis, & ni fallor / appellationū lex, vt illicite vsurpata appellatio nec profit appellanti: nec appellato obsit. Vt quid enim frustra fatigatus sit homo: Quam plenū iusticie: vt sese potius leserit: qui voluit proximum. Appellasse inique iniquū est: inique & impune iniquarū appellationū fomes. Iniqua autē omnis appellatio: ad quā iusticie inopia non coegit. Appellare nō vt graues: sed si graueris licet. Appellandū a sententia, ante sententiā improbe omnino nisi ob manifestum grauamen p̄sumit appellatio. Qui igitur nō grauatus appellat: liquet quia aut grauare intendit aut tempus redimere. Non est autē suffugiū appellatio, sed refugiū. Quantos nouimus appellasse pulsantos quo interim liceret quod nunq; licet: Nonnullis etiam quoad vixerint licuisse appellationis suffragio nepharia scimus: verbi gratia, incestū / adulteriū. Quale est hoc turpitudini patrocinari: quod vel maxime formidari a turpibus oportebat: Quousq; dormitas: quousq; nō euigilat consideratio tua: ad tantā appellationū confusionem atq; abusionem? Præter ius & fas: præter morem & ordinem fiunt. Non locus / non modus / nō tempus / nō causa discernit: aut persona. Præsumit leuiter passim: plerunq; & nequiter. Volentes malignari: nonne his potissimum terreri solebant? Nunc terrori ipsi ex his magis fiunt atq; id bonis antidotū versum in venenū, appellant boni a malis, vt nō faciant bona, & superfedent a voce tonitruī tui formidantes.

¶ Cap. XXIII. De vsurpatōe appellationū. li. 3. de consi.

Liber

SI mea queratur vel potius curetur sententia: dico appellationes ut non contemnendas: sic nec usurpandas omnino. Porro horum quid insolentius censeam haud facile dixerim: nisi quod usurpatio quandam videtur inducere contemptus necessitatem: ac per hoc forte acrius insectanda: quae amplius nocet. Aut non vere nocentior est mala in se, in partu peior. Nonne ipsa est quae ipsum ius quoque naturae aut extenuat aut exterminat? Nam saepe rebus etiam preciosissimis precij gratiam non modo demit: sed adimit. Quid sacramentis acceptius? Usurpata tamen ab indignis indigne tractata minime acceptant. Magis habent damnationem, quia debitam venerationem non habent. Fateor grande & generale mundo bonum esse appellationes: idque tam necessarium quam solem ipsum mortalibus. Reuera quidem sol iusticiae est prodens ac redarguens operae tenebrae. Prorsus fouendae & manutenendae: sed quas extorsit necessitas non calliditas adiuuenit. Usurpatoriae sunt eiusmodi omnes: non subuenientes in necessitate sed opitulantes iniquitati. Quid ni veniant in contemptum? Quanti ut talibus quae deferrent: etiam de proprio cessere iure: ne longo & casto itinere fatigarent? Plures tamen sua amittere non ferentes, appellationes minus oportunas & celsa nomina importunius contempserunt. Cum itaque ex his liqueat non ex contemptu gigni usurpationem sed ex usurpatione contemptum: videris tu quid sibi velit quod zelus vester assidue pene vindicat illum / istam dissimulat? Vis perfectius cohibere contemptum? Cura in ipso utero pessime matris profocare germen nequam, quod ita fiet si usurpatio digna animaduersione mulcet. Tolle usurpationem: & contemptus excusationem non habet. Porro inexcusabilitas ausum explodet. Non sit proinde usurpator / & contemptor nullus erit: aut admodum rarus. Bene facis tu quod appellationum negato suffragio / immo suffugio: multa remittis negotia ad cognoscetes: vel qui noscere citius possint. Vbi enim certior ac facilius notio: ibi decisio tutior expeditiorque esse potest. Quam plenum gratiae quod multorum proinde & laboribus parvis & sumptibus, at quibus sic credas id tibi omnimodis attendendum.

Incipiunt capitula libri Quinti.

De poenitentia	i	De misericordia dei in poenitentes.	iiij
De confessione.	ij	De oratione	iiij